Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



subsannationem & derisum his qui in circuitu
nostro sunt Posuisti nos in similitudinem gen
tibus commotionem capitis in populis Tota die ver
cundia mea contra me est: & confusio faciei mee co
operuit me A voce exprobrantis & obloquentis
a facie inimici & persequentis Hec omnia venerunt super
nos nec oblitisumus te: & inique non egimus in
testamento tuo Et non recessit retro cor nostrum
& declinasti semitas nostras a via tua Quoniam humili
asti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos umbra
mortis Si oblitisumus nomen dei nostri: & si ex
pandimus manus nostras ad deum alienum Nonne deus
requiret ista: ipse enim novit abscondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur tota die: estimati
sumus sicut oves occisionis. Exurge quare ob
dormis domine: exurge & ne repellas in finem Quare
faciem tuam avertis: oblivisceris inopie nostre
& tribulationis nostre Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra &
glutinatum est in terra venter noster Exurge domine adiuva
nos: & redime nos propter nomen tuum Ps
Eructavit cor meum verbum bonum: dico
ego opera mea regi Lingua mea calamus
scribe velociter scribentis Speciosus forma prae filiis ho
minum diffusa est gratia in labiis tuis: propterea be
nedixit te deus in eternum Accingere gladio tuo super
femur tuum potentissime Specie tua & pulchri
tudine tua: intende prospere procede & regna Pro
pter veritatem & mansuetudinem: & iustitiam: et
deducet te mirabiliter dextera tua Sagitte
tue acute: populi subtus cadent in corda inimicorum